

4

בראשית  
SIVE  
**EXERCITATIO**  
PHILOLOGO-SCRIPTURISTICA  
EX  
LIBRO PRIMO MOSIS.

UNA CUM  
**APPENDIX**  
DE  
RELIGIONE HEBRAEORUM VETERUM

*quam*  
**AD DEI O. M. GLORIAM**  
PRAESIDE  
**P. EPHREM, CONFLUO,**  
ORD. MIN. S. FRANCISCI CAPUCINORUM S. SCRIPTURAE  
ET LL. SS. LECTORE.

*suscipiunt*  
**P. JOSEPHUS IGNATIUS, Flörsheimensis,**  
**P. ANTONIUS MARIA, Bingensis,**  
**P. REMIGIUS, Miltenbergensis,**  
EJUSDEM ORDINIS PRAEDICATORES, S. SCRIPTURAE  
AC SS. LL. IN ANNUM PRIMUM AUDTORES.

**MOGUNTIAE**  
IN CONVENTU PP. CAPUCINORUM  
DIE XII. MENSIS AUG. MDCCCLXXXIV  
*Mane ab 8va, post meridiem ab hora 2da.*

---

Ex Typogr. Elect. Aul. Acad. apud JOAN. JOS. ALFF,  
Hæred. HÆFFNER 1784.

Bint. 408 (4)

התורה

הפרק בה והפרק בה רכלה בה וכיה תהוי ומנה לא  
תועש שאין לך מרה טובה תימנה: ר' בן ב' ב'



## PROLOGETICA.

I. *An scripta sacra a Judæis in locis (\*) quibusdam consulto fuerint depravata?*

**S**uper quæstionem hanc sensa nostra aperimus ex Aria Mont. hisce scribente formalibus: in valuit "disputatio hæc tam de libris qui ante" D. Hieronymum circumferebantur, quam de "iis qui postea extiterunt. . . . Nos . . factum" ipsum minime affirmabimus, ne in illum antiquis omnibus doctis viris vitatum scopulum incidamus, incerta pro certis habere iisque temere assentiri. Atque ut ut res habeat, Catholicæ Ecclesiæ prudentiam authoritatemque perpetuo sequeimur, cuius nullum deliberatum "aut certum de hac re hactenus extat decretum" vel judicium, quanquam identidem argumentum hoc ad singulares disputationes abreptum "noverimus, tamen prudentissima & piissima" Romana Ecclesia nec apicem, nec iota unum de communi hebraica lectione mutari hactenus "passa est, sive libri punctis instructi fuerint, sive caruerint. Quamobrem magnam in utriusque generis exemplaribus constantiam vifere est ubicunque illa reperiuntur, tam in

A 2 „Vati-

” Vaticana, quam in cunctis Italiæ, Græciæ, at-  
 ” que adeo totius Europæ, Asiæ, Africæ cum  
 ” privatis, tum publicis Bibliothecis. . . . In-  
 ” terim vero, dum aliud ab Ecclesia edocti fue-  
 ” rimus, cuius decreta & fidem fecuturos nos  
 ” profitemur, existimamus ac tenemus bona  
 ” Biblia Hebraica, bona item Græca, bonaque  
 ” Latina apud illam esse & fuisse. ”

(\*) Loci, qui a Judæis malitiose corrupti a diversi  
 nominis Philologis potissimum traducuntur nobis noti  
 sunt sequentes: GEN. XLIX. 10. שִׁילָה ceu nomen  
 irane. DEUT. XXI. 23. אלהות intrusum. IBID.  
 XXVII. 26. כָּל אָנוֹשׁ, denuo in eadem ¶ eraſa  
 prætenduntur. JOSUE XV. post ¶ 59. בֵּית רְחַם cum  
 10. urbibus omisſum. PSAL. XIX. 5. קַוְלִם pro  
 positum lamentantur. PSAL. XXII. 17. כָּרְיוֹ & PSAL.  
 CX. totum ¶ 3tium corruptum. PSAL. CXLV. post  
 ¶ 13. ¶ 5 omisſum. ISA. IX. 6. יִקְרָא insigniter  
 depravatum defendere nituntur. ISA. LIII. 8. לְמַנוּ in  
 mutatum. JEREM. XXIII. 6. יִקְרָאוּ corruptum; &  
 ZACHAR. IX. 9. pro מֹשֶׁעַ perfide suffectum  
 queritantur. Hos a malitiosa corruptione vindicabi-  
 mus provocati.

## II. *An literæ, quibus modernus hebræorum legitur codex, veræ & primigeniæ sint hebraicæ, queis in exaranda lege ute- batur Moses?*

Hic authores in diversas abeunt sententias,  
 aliis affirmativam, negativam tenentibus aliis.  
 Rabbini recentiores affirmativam defendere  
 omni adlaborant studio, conatuque; horum an-  
 tesignanus R. Samuel Arcuvolti, qui non solum  
 populares suos, sed & Christianos non infimi no-  
 minis speciosa sua de literis Hebræorum historia  
 fascinavit, in libro עֲרוֹגַת־הַבְשָׂמָן aureola aroma-  
 tum

tum intitulato ita perorat: In lingua sancta Israe-  
 litæ legem accipere meruerunt permanum Mosis,  
 וְהַכֹּתֶב כְּתָב אֱלֹהִים הוּא & scripture, scripture  
 Dei erat; ut ergo המוני האומה הנכחרת turbæ  
 populi electi non prævaricarentur בְּכֹתֶב הַמְקֻרֶשׁ in scriptio[n]em hanc  
 sanctificatam, eandem usurpando more profano;  
 idcirco data & promulgata est lex כְּתָב חֹל  
 אל הרמוני בכתבי עבר הנחר כתוב ליבונאה ולשון הקראש  
 ad turbam populi in scripture transfluviali, scripture Liba-  
 ræa (idest: Samaritana vel Phœnicia) & lingua  
 sancta; ast כְּתָב המאשר הארץ על הלחחות וספר  
 הтирוה בלבך המונחית scripturam illam beatifica-  
 tam resplendere fecit (Deus) solum super tabu-  
 lis & libro legis in arca deponendis, usque dum  
 aera recondita fuit in diebus Josiæ. (\*) Sic  
 tractu temporum ferme oblivioni data fuit hæc  
 scripture Ashoriæ beata, neque superstes remansit,  
 nisi in memoria קצת מאצילו בני ישראל exiguæ  
 partis lectissimorum Israelis antistitutum qui in Assy-  
 riæ transportati fuerant. . . . Accidit autem,  
 cum Rex tyrannus cogitaret vasa templi nostri  
 gloriofi in convivio suo profanare, ut scripture  
 sancta refuscitaretur per manum Angeli mutantis  
 in conspectu multorum populorum, inter quos  
 & Israelitæ aderant המונה כתוב העברי figuram  
 scripture transfluvialis, & scribentis מנה מנה תקל ופרסין Mene mene  
 thekel upharsin. DAN. V. Ab isto temporis arti-  
 culochora להלחות הכתב המקורש להצמיח ציציו  
 ופרחיו בהמות עמנו reversus est vigor recens scrip-  
 turæ

## A 3

(\*) Traditio Thalmudica est hoc sub Rege arcam fuisse  
 absconditam, ne cum templo iam iam a Babyloniis  
 concremando periret, aut ut spoliū augustum in  
 triumphum iret.

turæ sanctificatæ, ut promicare faceret flores suos & germina sua inter turbas populi nostri. . . Tandem Esra cor suum disposuit לְגַרְרֵגָרֶר ad maceriam constituendam, ne denuo oblivione deleretur כתב קְרֻשָׁה scriptio sancta ab ore feminis sui; ac propterea licentiam dedit omnibus illo charactere omnes libros legis conscribendi ad illud RR. reddita est illis lex בְּכִתְבָּה אֲשֹׁרִי בְּנֵשָׁא scriptura aschuri in diebus Efræ. Post eum ergo omnes recti corde scripserunt libros sacros isto tantum charactere adhibita ט lineatione ut recte stabiliri posset, quod in aliis libris non observatur. Hucusque ARCUVOLTI. Idem fere omnino sentit & scribit eruditissimus GUILIELMUS POSTELLUS in Etrur. Orig. pag. 249. hoc solo discrimine quod Christianus ipse rabbini-  
zet vesanitus quam R. ARCUV. ipse Judeus. In eandem quoque sententiam abeunt JOAN. BOULESIUS. in præf. Alphab. Hebr. JOAN. CEREDAM in Alph. ling. sanctæ.

Contrarium vero testificantur veteres cum Christiani tum Judæi. In Talm. Babylon. tract. סנהדרין Sect. 2. Fol. 21. conspicuntur sequentia:  
 בהחרות נחננה תורה לישראל בכתב עברו ולשון הקרש: חזורה ונחננה לרם בימי עזרא בכתב אשורי  
 ולשון ארמי: בררו להן לישראל כתב אשורי ורשון הקרש ותנוhero להרוותה כתב עבריות ולשון ארמי: “Initio data est lex Israeli in scriptura hebraica & lingua sancta. Deinde data est ipsiis in diebus Efræ in scriptura Assyriaca & lingua Aramæa. Elegerunt autem pro Israelitis scripturam assyriacam, & linguam sanctam, & reliquerunt idiotis scripturam hebraicam & linguam aramæam. ” Idem fere legere est in TALM.

TALM. HIEROSOL. tract. **מִלְגָה** Cap. I. His ad-stipulantur PP. ORIGENES in fragmento MS. Cod. Regii, quod ex hibet D. de MONTFAUCON. EUSEB. in chron. ad an. mundi 4740. S. HIERON. in prologo gal. col. nobis 1023. hisce formalibus: „ certum est Esdram scribam, legisque „ Doctorem post captam Hierosolymam, & „ instaurationem templi sub Zorobabel alias lit- „ teras reperisse (\*) quibus nunc utimur: cum „ ad illud usque tempus iidem Samaritanorum „ & Hebræorum characteres fuerint. „ His ceu Testibus hac in causa omni exceptione majoribus & nos contra supra allegatos subscríbimus.

(\*) Quod ait S. HIERON. alias ab Esdra repertas fuisse literas, id intelligendum non est quasi novas cuderit; sed quod chaldaicas, quibus assuefacti erant Judæi tempore captivitatis, sua authoritate invexerit, aut faltem permiserit. GUARIN.

## I.

### GENERALIA IN GENESIN.

1. Libri hujus argumentum compendiose reduci poterit ad quatuor hæc: a) ad mundi creationem. b) ad hominis originem ejusque lapsum. Cap. I. — III. c) ad selecta quædam historiæ universalis capita. C. IV.—XI. d) historiam denique nationalem, gentis nempe Judaicæ progenitorum a Cap. XI. usque ad libri finem.
2. Moses author eo tempore operi huic manum adhibebat, quo Dei veri cognitio præter Ju-dæos cæteras latebat nationes ferme omnes.
3. Scriptum suspicamur post datas & acceptas a Deo leges. In sensum hunc ea potissimum

A 4

ad-

adducimur ratione, quod in eo Moses nomen יהוה exprimat, quod non nisi in visione ad montem Sinai a Deo didicerat EXOD. III. 15. Exaransque historiam Noe animalium purorum ab impuris discrimen innuat quod prius LEVIT. XI. a Deo legimus determinatum.

4. Opus creationis, ut illud Moses contigisse refert, describi Deo dignius atque augustius sublimiusque quam in illa narrationis simplicitate factum, vix potuisse, quot quot rerum harum sensu aliquo praediti sunt fateantur oportet.
5. Ulro quidem fatemur non nulla extra suum locum & temporum seriem vagari; sed hæc, ait D. CALMÈT, *in præf. in Genes.* potissimum sunt genaini operis atque scriptoris certum indicium, quippe qui sua quasi omnium oculis explorata ac jam comperta narrans non eam sedulitatem rebus dirigendis & digerendis adhibet quam author aliud quam veritatem & certitudinem præ oculis habens.
6. Librum hunc genuinum, omnique fide dignum probamus ex iisdem omnino criteriis & principiis, quibus id de libro quocunque alio critica probare solet, ex attestatione nimirum legitima scriptorum, & soliditate libri interna.
7. Momentum eidem tribuimus tantum, quantum omnium consensu & sui merito requirunt veritates quas scire generis humani maxime interest, sunt autem geminæ istæ: a) de Deo rerum omnium auctore, & b) de origine mali, quæ capitalia religionis dogmata in libro hoc aperiuntur. Imo continetur in eo quidquid fere ad salutem scire nos juvat;

juvat; nonne *homo innocens, homo lapsus,*  
*& per Christum reparatus* religionis revelatæ  
 suminam constituant, nonne hi christianæ fi-  
 dei articuli cardines sunt circa quos Theo-  
 logia versatur universa? piora hic continentur  
 aperte, tertium non adeo obscure reseratur.

8. Abolet denique omnem penitus opinionem  
 de Deorum pluralitate, & mundi æternitate,  
 quos errores omnis fere prisca erravit gen-  
 tilitas propiore hac destituta revelatione.

## II.

### POSITIONES PHILOLOGO-CRITICÆ EX GENESI.

#### I. בראשית ברא אלhim את השמים ואת הארץ:

VULGATA. In principio creavit Deus Cœlum  
 & terram I. 1.

In hebraico verbum in singulari legitur **ברא** cum **אלhim** in terminatione pluralis; unde nonnulli Trinitatis personarum in unitate essentiæ divinæ eruere conati sunt argumentum: verum non nisi idiotismus est ubique reperiendus si de Deo vero sermo habeatur exceptis GEN. XX. 13: & XXXV. 7. ubi mendose **אלhim** ponitur cum plurali, sed lectionem utramque corrigit Samaritanus ponens singularem; quin & Massora errorem monens margini inscribit **קרשׁ**. Hic igitur terminationis quidem est pluralis, sed folius excellentiæ non individuorum, sive ut Hebrei loquuntur: **רבי הכהנים** pluralis *virtutum & poten-*  
*tiarum.* De hoc R. BECHAI in princ. GEN. ita scribit:  
**אלhim פירשו בעל חכחות כלם ומוחת המעם לא**  
**אמר אל ולא אלה כי אם אלhim בלשון רבים וכן**  
**אלhim קרושים הוא כי הוא הכלול הקדושות כלם;**  
**וכן דרך הלשון במשמעות השפליים אהונים קשה**  
**בלשון**

בלשון רבים : זהה לגודל מעלה הארון ולרכיו מינו המ\modelsריה שיש לו : זהה בבשר ודם אף כי בשם יה"א אשר מינו המ\modelsלה שלו אין להם מספר וככל המשלים אין ממשלים רק מינו והוא אחר וכחותיו רבים : *Idem omnino docent R. Salomon in Job XXIV. 19. R. Aben Esra. Gen. I. 1. R. Kimchi in Michlol. fol. 9.*

## II. רוח אלhim מוחפת על פני הים :

VULGATA. *Et spiritus Dei ferebatur super aquas I. 2.*

*Ferebatur.* habraice **מְרַחֵף** de quo S. Hieron. QQ. in Gen. col. 1311. ita refert: " pro eo quod in nostris codicibus scriptum est *ferebatur*, in hebræo habet **מְרַחֶשֶׁת** quod nos appellare possumus *incubabat*, seu *confovebat* in similitudinem volucris ova calore animantis. Ex quo intelligimus, non de spiritu mundi dici, ut non nulli arbitrantur, sed de Spiritu S. qui & ipse vivificator omnium a principio dicitur. " *Idem omnino de verbi **רָחַם** significatione sentiunt S. BASILIUS in Hexaem. div. opif. hom. 2. S. EPHREM in hunc locum.* In Bibliis verbum hoc ter occurrit, hic, DEUT. XXXII. 11. ubi adhibetur de aquila incubante pullis suis, & JEREM. XXIII 9. de commotione ossium. LXX. CHALD. PHILO. JOSEPH. VULG. THEODOT. AQUIL. **רָחַם** reddunt: *movit, descendit ferebatur &c.* Colligimus exinde verbo huic duplcem inesse significationem ex materia, de qua sermo, dignoscendani; unam generalem *motus & descensus, specialem alteram, fovendi, incubandi.* Audiendos igitur eos non esse qui רוח אלhim exponunt: *ventum validum, seu validissimum ex jam relatis rite deducimus.*

## III. ויאמר אלhim נעשה אדם בצלמו כרמוונו.

VULG. *Et ait (Deus) faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. I. 26.*

Con-

Contendunt Rabbini quidam recentiores cum Soci-nianis ניעשׂה cum reliquis hic in plurali positis sicuti אלְהָם ψ. 1. pluralet solummodo esse excellentia, Deumque more grandium, ac magnatum terræ de se loqui in numero multitudinis auctoritatem suam majestatemque sic ostendendo; in exemplum proferunt. GEN. XXIX. 27. NUM. XXII. 6. II. SAMU. XVI. 20. DAN. II. 36. Verum R. Aben Esra mori hebraicæ linguae, quæ in prima persona idiotismum hunc ignorat, insistens de his locis scribit: ואֱלֹהִים הַעֲרֹויִים עָרֵי שְׁקָר הַמָּן testimonia hæc testimonia falsa sunt, i. e. testimonia ad id, quod volunt probandum nequaquam idonea sunt, quin & nos textus citatos cum nostro minime excellentiam quandam innuere coram demonstrabimus interrogati. Idiotismus quidem in בָּרוּא אֱלֹהִים idem omnino est qui in בָּרוּא אֱלֹהִים reliqua vero in sensu obvio sumenda non solum ex ipso, quo Deus hic loquitur modo, sed & ex III. 22. וַיֹּאמֶר וְהַוָּה אֱלֹהִים הַנּוּ הָרָם רוח כָּחֹר מִמְּנוּ dixit Dominus Deus, ecce Adam factus est sicut unus ex nobis, bene colligimus. Mysterium Ss. Trinitatis hic declaratum volunt plures antiqui PP. JUSTIN. M. dial. cum Tryph. BAS. hom. 9. in gen. EUSEB. Cæsa IRÆN. CYRIL. adv. Jul. lib. I. GREGOR. Niss CHRYSOST. AMBR. AUGUST. nec non expositores quidam recentiores. Loco hoc usi sunt PP. adversus Judæos & hæreticos, qui Filii divinitatem, & Ss. Trinitatis per omnia æqualitatem negarunt; an vero locus hic eos convincat acute disputat TOSTAT. in tract. quem edidit de Trin. uti refert PERER. in hunc ψ. pag. nobis 157.

וְאֵיכָה אָשִׁית בֵּין וּבֵין הָאָשָׁה וּבֵין זָרָעַ וּבֵין  
זָרָעַ הוּא יְשׁוּפֵךְ רָאשׁ וְאֶתְתַּחַת הַשׁוֹפֵנִי עַקְבָּךְ

VULG. Inimicitas ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius, ipsa conteret

teret caput tuum, & tu iusdiaberis calcaneo ejus.  
III. 15.

Pro ipsa, quod latini codices fere omnes habent, LXX. legunt autem, in heb. זְרוּעַ ipse ad semen עֲשֹׂוֹת generis masculi est convenient cum יִשְׁופֵךְ & תָּשִׁופֵנָה quae in masculino posita leguntur; utraque lectio bona est, christianaque veritati conformis. S. HIERON. QQ. in Gen. col. 13 12. ita scribit: "ipse servabit caput tuum, & tu servabis ejus calcaneum. Melius habet in hebreo: ipse conteret caput tuum & tu contenteres ejus calcaneum, quia & nostri gressus praeparantur a colubro; & Dominus conteret Satanam, sub pedibus nostris velociter. Hic S. Doctor preferens textum hebreum utique eundem adprobat, ita tamen, ut lectionem vulgatae, quam in adornanda sua versione retinuit, reprobat nequaquam.

**דָּלֶא אָמַן תְּוִיֵּב שָׁאת וְאָמַן לֹא תְּוִיֵּב לְפָתָח חַטָּאת רַבָּץ וְאַלְיָרְךָ חַשְׁקוֹתוֹ וְאַתָּה הַמְשֵׁל בָּו :**

VULG. Nonne si bene egeris, recipies? si autem male, statim in foribus peccatum aderit, sub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius. IV. 7.

LXX. locum hunc ita reddunt: nonne si recte offeras, non recte autem dividas, peccasti? quiesce, ad te conversio ejus, & tu dominaberis ejus. Hi legisse videntur pro שָׁאת sic: pro לְפָתָח שָׁאת pro לְפָתָח infinit. in forma perfectorum vel potius לְפָתָח infinit. in forma perfectorum a בָּרָת imperfect. duplicante, seu defectivo ו. dividendo, pro חַטָּאת peccatum. חַטָּאת peccasti; pro רַבָּץ cubans. רַבָּץ cuba. Melius alii omnes in POLYGLOTTIS, in HEXAPLIS vero SYMMACH. & THEOEOT. verbum רַבָּץ ad nomen חַטָּאת adjunxere ait D. HOUBIG. in hunc ו. pag. 6. Perperam vero legendum præcipit servata generum concordia per lit. ת in non רַבָּץ ו omitten-

omittendam, nam docente S. HIERON. & confirmante LEVIT. IV. 24. חטאת generis masculini est, vel certe generis communis. Audiatur Doctor hic maximus: " Nonne si bene egeris, dimitterur tibi, & si non bene egeris, ante fores peccatum tuum sedebit? & ad te societas ejus, sed tu magis dominate ejus.... Quod autem in LXX. interpretibus fecit errorem, illud est, quia peccatum, id est חטאת in hebræo generis masculini est, in græco fœminini. Et qui interpretati sunt masculino, illud, ut erat in hebræo genere transtulerunt.,, QQ. in Gen. col. 1313.

## VI.

ויאמר קין אל הבל אחיו

VULG. Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: egrediamur foras. IV. 8.

Egrediamur foras. voces hæc desunt in hebræo, habent vero SAMARITANUS השׁרָדָה (נֶלְכָה) LXX. AQUIL. VULG. quamvis S. HIERON. loc. sup. cit. aliter se declarat scribens: " & dixit Cain ad Abel fratrem suum sub auditur ea, quæ locutus est Dominus. Superfluum ergo est quod in Samaritanorum & nostro volumine reperitur: transeamus in campum. ,, Quinimo in circumstantiis hisce hoc superfluum videtur, cum Cain quotidie fratrem suum Abel reperiret in campo. Biblia hebraica cum hic inter se dissentiant, nihil decernunt; cernimus enim exemplaria in quibus post relinquatur spatum seu נֶפֶך ad indicandum hic quidquam desiderari; in aliis ad marginem legitur נֶפֶך בְּאַמְעָע פְּסֻק piska in medio versus; non nulla textum post אַחֲרֵי continuant absque נֶפֶך; sed & alia notam adscribunt masoreticam נֶפֶך בְּלֹא פְּסֻק non interponendum piska. Interim, cum textus hebraicus non integrum reddat sensum Vulgatæ insistendum censemus. Notatu indignum non est quod CL. MICHAELIS, Orient. Bibl. Theil. 9, S. 182. profert sequentibus:

Also

Also keine von beiden Lesearten gefällt mir recht. Meine Vermuthung ist, in וַיֹּאמֶר sey ein sehr früh, ein schon vor der Trennung der zehn Stämme von den Juden, eingeschlichner Fehler, es solle ohne Aleph heissen יְהִיר vom Stammwort קָרֵן Kain behielte eine Bitterkeit gegen seinen Bruder Habel, und als sie einmal auf dem Felde heysamen waren, überstiehl er ihn, und schlug ihn todt.

## וַיֹּאמֶר יְהֹוָה לֹא יְדוֹן רֹוחַ בָּאָדָם לְעַלְמָן בָּשָׂרָם הוּא בָּשָׂר VII.

VULG. *Dixitque Deus: non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est.* VI. 3.

*Non permanebit.* HEBR. **לֹא** non judicabit. Non permanebit veteres fere habent omnes ceu legentint **לֹא יְדוֹר**. LEO CAST. cum aliis non nullis mavult poni; verum **לְעַלְמָן** est pernoctare, hospitari, non autem permanere, neque congruit cum sequenti **עַלְמָם**, non enim dicitur quis per noctare, seu hospitari in loco in perpetuum. PAGN. & CAJET. mutatis punctis legunt **לְהַנְּזָן** a verbo inusitato **נְרָן**, unde **נְרָן vagina**, q. d. non vaginabit, non includetur quasi in vagina spiritus meus in homine in æternum. S. HIERON. legebat **לְרַזְעָן** a **רְזָעָן** *judicare*, in QQ in Gen. col. 1315. enim ita scribit: “Et dixit Dominus Deus, non permanebit spiritus meus in hominibus istis in æternum, quia carnes sunt. In hebr. scriptum est: *non judicabit* spiritus meus homines istos in sempiternum, quoniam caro sunt, hoc est, quia fragilis est in homine conditio, non eos ad æternos servabo cruciatus, sed hic illis restituam quod merentur. Ergo non ad severitatem, ut in nostris codicibus legitur, sed ad clementiam Dei sonat, dum peccator hic pro suo scelere visitatur.

## VIII.

**VIII.** וַיָּשְׁלַח אֶת הַעֲרֵב וַיֵּצֵא יֹצֵא וַיָּשֹׁב עַד יִבְשֶׁת  
הַמִּים מִלְּעַל הָאָרֶץ :

VULG. Dimisit corvum, qui egrediebatur,  
& non revertebatur, donec siccarentur aquæ  
super terram. VIII. 7.

*Non revertebatur.* Non omittitur in HEBR.  
CHALD. & ARAB. habent antem VULG. LXX. & SYR.  
habet itaque suas utrumque authoritates. Græci in-  
terpretes, cum non reddant verbum suspicari  
poterimus eos pro *וַיֵּצֵא וַיָּשֹׁב* legisse ita ob-  
servat BOCHART. At BUXTORF. jun. ait: illud *non adduci*  
contra fidem omnium exemplariorum; addat: *recentiorum*.  
Quis enim credet veteres contra fidem exemplariorum  
suorum fuisse interpretatos? Esto, quod *וְלֹא* in exem-  
plaribus suis non repererint, tunc certe in alia  
legebant significatione, sc. *recedere*, *abire* uti sumitur  
*וַיָּשְׁבּוּ* *הַמִּים מִלְּעַל הָאָרֶץ* *הַלְּזָרְבָּן* *וַיָּשֹׁבּוּ*  
*¶ reversæ sunt aquæ de terra eundo ¶ recedendo.*

**IX.** וְאֵר אֶת רַמְכֶּם לְנַפְשַׁתיכֶם אָדָר שׁ מִיד  
כל חיוּץ אֲרָשָׁנוּ :

VULG. Sanguinem enim animarum vestiarum  
requiram de manu cunctarum bestiarum IX. 5.

Concordat VULG. cum hebraico, verum, quid  
sibi textus hic velit varie se torquent interpretes. Num  
ex Leonibus, ursis, lupis &c. qui vivos devorant homi-  
nes Deus sanguinem repetit? Sanctit hic Deus ne homo  
occidat hominem, nulla igitur adparet causa cur bestiæ  
in legem adducantur, quid enim ad bestias lex? dein-  
de *מִיד חַיָּה* de manu bestiæ Mosis stilum minime sapit,  
neque ullum ejus prostat exemplum. Sunt, qui diffi-  
cultatem hanc, quam dicunt fano lectori ferme insu-  
perabilem, superasse glorientur legentes in Samaritano  
*מִיד כל חַי* de manu omnis viventis, & deinde, omisso  
in

מִיד הָאָדָם מִיד in subsecente, continuante וּמִיד אֶחָיו אֲוֹרֵשׁ אֶת נֶפֶשׁ דָּאָדָם: אַשׁ de manu hominis, de manu viri fratris ejus requiram animam hominis. Hæc continuo sine וְsubjuncta ajunt, ut indicetur quis hic vivens intelligatur. Aptus admodum videtur sensus, modo Samaritanæ consentirent lectiones aliae. PERER. sequens textum HEBR. VULG. LXX. & SYMM. rectius credit Deum hic alludere illi legi, quam postea daturus erat Exod. XXI.

## X. יְהוָה אָרְפָּכָשֶׂר אַחֲרֵי הַוְּלִידָנוּ אֶת שֶׁלֶךְ שֶׁלֶשׁ טַנְסָם וְאֶרְבָּעָם כָּאוֹרְתָּן שָׁנָה

VULG. Vixitque Arphaxad postquam genuit Sale trecentis tribus annis. XI. 13.

Pro trecentis tribus hebr. legit: quadringentis tribus annis, idem CHALD. & LXX. tam ex editione Complut. quam regia, multaque vetera Biblia latina, quod & magis consentit cum ævi istius ætate, Sale enim & Heber posteri Arphaxad vixerunt 400. annis & ultra. 303. annis præter VULG. habent Biblia latina Romana & Regia, item LXX. ex edit. Cataffæ.

## XI. יְהוָה יְמִי תְּרֵחָה חַמֵּשׁ שָׁנִים וּמִאֱתָהֶם שָׁנָה וַיָּמָת תְּרֵחָה בְּחָרָן :

VULG. Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Haran. XI. 32.

Eadem hic in Vulg. quæ in Hebr. Verum ex textu hoc indissolubilis, ut S. HIERON. scribit oritur quæstio, si enim Thare fuerit annorum 70. dum Abrahamum genuit GEN. XI. 6. & Abraham 75. ætatis numeraverit annos quando egressus est ex Haran XII. 4. mortuo jam patre Aet. VII. 4. vixerit autem Thare an. 205. eundem 60. omnino annis profectioni huic superlitem fuisse necesse est. Solutiones quotquot de-  
super

super datae sunt unquam suis non carent difficultatibus; difficultates has omnes facillime tollit D. Houbig. legens in suo codice Samaritano: & facti sunt dies Thare *centum quadraginta quinque annorum*, & mortuus est in Haran; lectionique huic inhærendum docet ex BOCHAR. Geogr. Sac. pag. 863. nov. edit. Plana omnino solutio! Ast, num etiam ætate S. Hieronymi Samaritanus ita legebat? facile hoc concedet nemo, alioquin S. Doctor in enodanda inextricabili hac quæstione non sudasset ita, ut defatigatus usque adeo, uti ipsem fatetur, Judæorum fabulas in auxilium vocasset; saltem lectionem hanc nequaquam celasset silentio in Samaritano versatissimus.

## XII. וְהִרְאָה שָׂרָה אֶת בֵּן הַנֶּגֶד הַמְצֻרוֹת אֲשֶׁר יָלַדְתָּ לְאַכְרָהָם מִצְחָק

VULG. Cumque vidisset Sara filium Agar ægyptiæ ludentem cum Isaac filio suo. XXI. 9.

Textus hebraicus ad literam sonat ita: *vidit Sara filium Agar ægyptiæ quem genuit Abrahamo ridentem, seu ludentem. Quem genuit Abrahamo sine mendo deest in VULG. utpote ex antecedentibus satis notum. Cum Isaac filio suo in HEBR. quod modo tempore S. Hieronymi abfuisse videtur, habent vero LXX. haud dubio additum legentes את בנה יצחק hoc sublato nec justa suberat causa cur Sara irasceretur Ismaeli ita, ut eundem e domo paterna urserit ejiciendum; nec sic conciliari poterit Apostolus GAL. IV. 29. utens verbo persequebatur, יצחק enim in nulla linguarum veterum tali gaudet significatione; addito tamen nomine cum casu illudentem sonare poterit, hic fere idem quod persequentem.*

## XIII. יְוָלֵד רָאוֹן יוֹשֵׁב אֶת בְּלָהָה פִּילְגָּשׁ אֶבְיוֹ וַיִּשְׁמַע יִשְׂרָאֵל וַיֹּהֹו בָּנֵי יַעֲקֹב שְׁנַיִם עֲשָׂר:

B

VULG.

VULG. Abiit Ruben & dormivit cum Bala  
concubina patris sui, quod illum minime latuit,  
erant autem filii Jacob duodecim. XXXV. 22.

Spacium in textu hebr. hic relictum, notaque masoretica margini adscripta פָּסָקָא בְּאַמְצָעָ פָּסָק quidquam desiderati indicat, saltem veteres hiatum hunc adserantes sine dubio hic quidquam deesse credidere, quin & ipse textus id innuere videtur, quæ enim cohærentia, qualis transitio: abiit Ruben & dormivit cum Bala concubina patris sui, & audivit Israel, & fuerunt filii Jacob 12? LXX interserunt: καὶ πονηρὸς ἡ φύσις εὐαγγελίου αὕτη quod hebraice reddi potest וּרְעַב עֲנֵנִי שׁ erat malum in oculis ejus. Additum vero hoc Mosi vix tribui poterit, debile enim sonat nimis, imo & superfluum, quis enim lectorum factum Ruben filii Jacob patri placuisse cogitasset unquam? ONKEL. & JONATH. spacium hoc hisce adimplent: וְשָׁמֹעַ יִשְׂרָאֵל וְכָאֵשׁ לְיוֹחָד וְאֶמְרָה וְיַיִד רְלָמָה נְפָק מִנִּי פִּיסְרָא וְנִי Israel, שׁ displicuit ipsi, שׁ ait: heu! nunc degener a me descendet sicuti Ismael ab Abraham, שׁ Esau & patre meo; responditque illi Spiritus S. ne timeas, omnes enim justi sunt, neque degener inter tuos ullus exsurget, nam postquam natus est Benjamin erant filii Jacob duodecim. Sed quis sana pollens ratione hæc adprobabit? Ex Veteribus aliis nemo hic addidit quidquam aperto relicto spacio.

וְהִיא עַנְתָּה אֲשֶׁר מֵצָא אֶת רַיִם כִּמְרֹב XIV.  
כְּרֻעָתוֹ אֶת הַחֲמֹרִים לְצַבָּעָן אֲבוֹן

VULG. Iste est Ana qui invenit aquas calidas  
in solitudine cum pasceret asinos Sebeon patris  
sui. XXXVI. 24.

*Aquas calidas.* HEBR. יָם LXX. & THEODOT.  
Iamim. AQ. SYMM. εμιμ. Hi vocem retinuere hebrai-  
cam,

eam, quam Judæi cum non nullis Christianis præser-tim recentioribus mulos interpretantur. His con-tradicit BOCHAR. de anim. fac. p. 1. l. 2. c. 21. Tum quia nemo orientalium mulos adpellavit יְמָם, tum, quia mulorum in Palestina ante tempora Davidis nulla men-tio, arbitrateturque eosdem esse atque אַיִלּוֹם Emæos, populos videlicet Horræis vicinos forma gigantea unde ab ONKELOS. appellati גְּבָרִיא fortæ, gigantes. Dum Vulgata transtulit: aquas calidas, fortassis pro legit. יְמָם הַמְּמָם a חַמֵּם מֵמֶם caluit & aquæ. Vel Punicum nomen est denotans aquas calidas referente S. HIERON. qui autem hic nihil decernit, sed solumodo diversorum enarrat sensa inquiens: " ipse est Ana qui invenit jamim in deserto cum paiceret asinos Zebeon patris sui. Multa & varia apud Hebræos de hoc ca-pitulo disputantur; apud Græcos quippe & nostros super hoc silentium est. Alii putant jamim maria appellata, iisdem enim literis scribuntur maria qui-bus & nunc hic sermo descriptus est, & volunt illum, dum paicit asinos patris sui in deserto aquarum con-gregationes reperisse, quæ juxta idioma linguæ hebr. maria nuncupantur, cujus rei inventio in eremo difficilis est. Nonnulli putant aquas calidas juxta Punicæ linguæ viciniam, quæ hebrææ contermina est hoc vocabulo signari. Sunt qui arbitrantur onagros ad hoc admisso esse ad asinas, & ipsum istiusmodi reperisse concubitum, ut velocissimi ex his asini nascerentur, qui vocantur jamim. Plerique putant, quod equarum greges ab asinis in deserto ipse fecerit primus ascendi, ut mulorum inde nova contra natu-ram animalia nascerentur, QQ. in Gen. col. 1339.

וירכב אחו כמרכבות המשנה אשר לו.  
ויקראו לפניו אברך

VULG. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum clamante præcone, ut omnes coram eo genuflecterent. XLI. 43.

Pro iis quæ in textu Vulgatae aliis notantur literis HEBR. ita legit: *clamaverunt ante illum: Abrech אַבְרָךְ*. GROTIUS ultimam hanc vocem quoddam lœtitiae signum esse existimat, cuius vera significatio exprimi non possit, hinc, inquit, LXX. verbum hoc omiserunt, vertunt enim: *& præco clamavit ante illum, & constituit &c.* SYMM. vocem אַבְרָךְ retinens interpretatur: *& clamavit ante eum: abrech;* pro quo AQU. transtulit: *& clamavit in conspectu ejus adgeniculationem,* quod & rem melius exprimit. *Adgeniculatio,* seu genuflexio quidem ex sic punctato אַבְרָךְ facile erui posset, si sumeretur pro imperativo chaldaico Aphel a radice בְּרֵךְ; sed quis vocem hanc, quam plerique Aegyptiacam dicunt, chaldaicam, præsertim hoc in contextu adfirmare ausit? S. HIERON. in diversum, etiam a Vulgata, abit sensum, ait enim: “ mihi videtur non tam præco, sive adgenitatio, quæ in salutando, vel adorando Joseph accipi potest, intelligenda; quam id quod Hebræi tradunt dicentes: patrem tenerum ex hoc sermone transferri, בְּנָא *Ab quippe dicitur pater, רְכֵחַ delicatus,* sive *tenerrimus,* significante scriptura, quod juxta prudentiam quidem pater omnium fuerit, sed juxta ætatem tenerrimus adolescens & puer. „ QQ. in Gen. col. 1341. ONKEL. reddit: *clamabant: ecce pater Regis,* simile huic quod XLV. 8. Joseph de se dicit. constituit me Deus *לֶאֱבָל פְּרֹעָה* Patrem Pharaonis.

## וַיִּקְרָא פְּרֹעָה שֵׁם יוֹסֵף צָפְנָתִ פָּעַנְתִּ

VULG. Et vocavit eum (Pharao) lingua Aegyptiaca Salvatorem mundi. XLI. 45.

Nec in Hebræo, nec in ulla alia versione leguntur verba hæc: *lingua ægyptiaca.* HEBR. habet: *vocavit*

*Pharao*

*Pharao nomen Joseph Zaphenat Paneach; nempe Rex nomen hebræum quod erat Joseph, & quo hucusque vocabatur mutavit in aliud ægyptiacum significans Salvatorem mundi, quod VULG. hic declarat. ONKELOS. JONATH. SYR. S. CHERYSOST. THEODORET. PAGN. pluresque interpres cum Judæis צפנת פענח voces hebraicas reputantes reddunt: absconditorum interpretem. Rabbini in Bereschit rabba. Sect. 90. docent צפנת פענח idem esse quod כפנوت כופיע ברעה occulta illustrans per scientiam. Çפנת facile ceu hebræum cognoscitur a rad. צפן abscondere, occultare; de פענח magis dubitatur, eo quod solum hoc reperiatur loco, ait OLEAST. S. Hieronymo qui diu in Aegypto versabatur hic præ aliis credendum erit scribenti: " licet hebraice hoc nomen absconditorum repertorem sonet, tamen, quia ab Aegyptio ponitur, ipsius linguae debet habere rationem. Interpretatur ergo sermone Aegyptio צפנת פענח, sive, ut LXX. transferre voluerunt Ψωθομφανηχ Salvator mundi, eo quod orbem terræ ab imminente famis excidio liberarit. , QQ. in Gen. c. 1341.*

XVII. כל הנפש הכהה ליעקב מצורמה יצאי ירכו... כל נפש ששים וSSH: ובני יוסף אשר יולד לו במצרים נפש שניים כל הנפש לרבות יעקב הכהה מצורמה שכעים :

VULG. Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Jacob in Aegyptum, & egressæ sunt de femore illius . . . sexaginta sex. Filii autem Joseph qui nati sunt ei in terra Aegypti, animæ duæ. Omnes animæ domus Jacob, quæ ingressæ sunt in Aegyptum, fuerunt septuaginta. XLVI. 26. & 27.

HEBR. pro: *Et egressæ sunt de femore illius; legit: animæ eorum qui egressi sunt de femore illius, sicuti eadem formalia hebraica VULG. exponit Exod. I. 5.* in reliquis ambo concordant; discedunt autem a LXX. qui teste S. Hieronymo pro: Filii autem Joseph qui nati sunt ei in Aegypto *animæ duæ*, legunt *animæ novem*; unde natum est, quod loco, omnes animæ domus Jacob quæ ingressæ sunt in Aegyptum fuerunt *septuaginta*, posuerint *septuaginta quinque*. Id autem curandum minime foret, quia advertente prælaudato S. Doctore ipsimet LXX. qui hic animas 75. per prolepsin posuere adnumerando Josephi nepotes DEUT. X. 22. animas hasce ad 70 reducant, nisi S. Stephanus Aet. VII. 14. easdem animas numeraret 75. Veruntamen, ait S. HIERON. " facilis excusatio est, non enim debuit S. Lucas, qui ipsius historiæ scriptor est, in gentes actuum Apostolorum volumen emittens contrarium aliquid scribere adversus eam scripturam, quæ jam gentibus fuerat divulgata; & utique majoris opinionis illo duntaxat tempore septuaginta inter pretum habebatur auctoritas, quam Lucæ, qui ignotus & vilis & non magnæ fidei in nationibus ducebatur. Hoc autem generaliter observandum, quod, ubicunque SS. Apostoli, aut apostolici viri loquuntur ad populos, iis plerumque testimoniis abutuntur, quæ jam fuerant in gentibus divulgata. " QQ. in Gen. c. 1343.

### XVIII. וְתָהִי הָרָץ לְפֶרַעֹז : וְאֵת הָעֵם הָעֵבֶר אתו לרעים

VULG. Subjecitque eam (terram Aegypti) Pharaoni, & cunctos populos ejus. XLVII. 20. & 21.

Hic

Habent alio  
et quinque  
fieri, in tractatu  
cum ratione  
la tradidit  
in libro 2. &  
per duas, &  
materias, prope  
diam. Cui per  
teci enim que  
nra sollicitus  
teus adiutor in  
ne quidam, si  
pisti, hinc  
incedit, &  
religio quo  
speluncam  
litens hoc fu  
tos, quam  
sisteret. Ca  
gerendum erat  
illam in arca  
quod non vole  
V. vegetum  
solitum qu  
Pharaon  
ditione, &  
autem long  
Chaldaea,

XIX.  
VULG. E  
illi capi

Hic HEBR. aliter omnino legit ac VULG. pro eo enim: *¶ cunctos populos ejus, habet: ¶ populum transire fecit, seu transtulit in civitates.* Varietas hæc inde ortum trahere dignoscitur, quod amanuenses literam ־ bis transformarint in sibi similem, ־, & semel omiserint literam כ. Vulgata lectioni favent teste D. CALMET: SAMAR. & LXX. Hebrææ: CHALD. SYR. & ARAB. reddentes: *populum migrare fecit ab una urbe in aliam.* Cui perperam insistunt novi quidam interpretes; textui enim quem sequi profitentur vim inferunt aper-tam addentes: *ab una in aliam quod in HEBR. nullatenus adparet in quo nec legitur nec quidquam simile ex quo: de alia in aliam erui possit;* deinde in sacram Scripturam res inducitur pene incredibilis; quis enim credet Josephum in solitudinem redegisse agros eo tempore quo essent serendi & semen ipse administrasset? Satius igitur erit animadvertere in literis sibi similibus ־ & ־ librarios fuisse hallucinatos, quam lectionem talem pagina sacra invita ad-mittere. Cum VULG. igitur, LXX. & SAMARIT. le-gendum censemus pro *הָעִיר אֲתֹה לְעָרִים transtulit illum in urbes.* *הָעִיר אֲתֹה לְעָבָדִים fecit eos servos,* quod non solum פ. subsequentes, sed & præcedens 19. requirere videtur sic sonans: *eme nos ¶ terram nostram pro pane, ¶ erimus nos ¶ terra nostra servi Pharaonis.* Oblata quippe & acceptata servitutis con-ditione, servitutem pactam sequi necesse erat. Variantem hanc lectionem satis antiquam esse demonstrat CHALDAEUS.

## XIX.      וַיֵּשֶׁת חָנוּ וְשָׂרָאֵל אֱלֹהִים רַאשׁ הַמִּתְרָא


VULG. Et adoravit Israel Deum conversus ad lectuli caput. XLVII. 31.

Deum

*Deum, & conversus.* Desunt in HEBR. pro: *ad lectuli caput.* LXX. & S. PAULUS ad HEER. XI. 21. legunt: *fastigium virgæ ejus,* nempe sceptri Josephi. Utraque lectio authentica est, nec concernit quidquam nisi puncta vocalia, מְתָה enim lectum significat, & מְתָה *virgam.* מְתָה itaque notionem admittit utramque; neque S. PAUL. cit. Vulgatae adversatur alteram vocis מְתָה eligens significationem.

## מקנה השורה והמעוררת אשר בז מארת בנ' חרט:

Integer hic versus XLIX. post 31. omittitur in Vulgata, videturque defuisse in exemplaribus queis utebatur S. HIERON. alioquin saltem aliquam de eo fecisset mentionem, si aut superfluum, aut extra ordinem positum reperisset, ast nullum uspiam de eo patet vestigium, exhibent tamen eundem quot quot inspicere licuit exemplaria hebraica. Qua igitur ratione vel in textum hebr. insertus, vel in aliis versionibus sit omissus remanet problema.



APPEN-

# APPENDIX

DE

## RELIGIONE HEBRÆORUM VETERUM.

Hebræi antiqui ceu rudes, inculti, solis terrenis imbuti, iisque affixi, cognitione supernaturalium, paucis de Deo notionibus exceptis, penitus destituti depinguntur passim, traducunturque; hinc non tam ad vindicandam veterum Hebræorum religionem, quam religionis revealatae dogmata corroboranda, quæ & olim credidere Israelitæ, eorumque Patriarchæ monstratum imus: sufficientem in veteri Testamento mentionem fieri a) de animæ immortalitate, b) de retributione bonorum, & c) punitione malorum in altera vita, d) mortuorum resurrectione, eamque e) consequente judicio extremo. Adnotamus singula; a proposita autem nobis exercitatione recederemus si hic exponeremus quidquam, qui parati stamus hermeneutice explanturi sequentia.

### I. *Anima humana post mortem superstes.*

וַיָּגֹעַ וַיָּמָת אֶכְרָהָם בְּשִׁיבוֹת טוֹבָה זֶקְןָ וְשֶׁבַע וַיַּאֲסַפֵּ  
אֵל עַמּוֹ: וַיִּקְרְרוּ אֶתְهוּ יִצְחָק וַיִּשְׁמַעְאל בְּנֵי אֵל מִעֵרָת  
הַמִּכְפֵּלה אֵל שְׂדָה עֲפָרָן כִּי צָהָר הַחֲקִי אֲשֶׁר עָל  
פְּנֵי מִמְּרָא:

GEN. XXV. 8. 9.

וַיִּקְמֹנוּ כָל בְּנֵיו וְכָל בְּנֵתוֹ לְנַחְמוּ וַיָּמָן לְהַתְנִיחַ  
וַיֹּאמֶר כִּי אָרֶד אֵל בְּנֵי אֶבְלָ שְׁאֵלָה וַיַּכְרֵךְ אֶתְהוּ אֶבְיוֹ:

GEN. XXXVII. 35.

C

לא

לא ימצא לך... וורש אל המתים:

DEUTER. XVIII. 10. II.

ויאמר שאול לעבריו בקשו לי אשה בעלה אוב  
ואלכה אליה ואדרישה בה ויאמרו עבריינו וגוי  
I. SAMUEL. XXVIII. 7 — 20.

ויהי אחר הורבאים האלה חלה בן האשאה  
בעלה הביתה וגוי I. REG. XVII. 17 — 24.

ויבא אליו השם הביתה והנה הנער מת משכב על  
מפטו: ויבא וגוי II. REG. IV. 32 — 36.

## II. Bonorum retributio in altera vita.

אחר הורבאים האלה היה רבר יהוה אל אברם  
במחזה לאמר אל תירא אברם אני מך לך שכך  
הרבה מאך: GEN. XV. 1.

תמה נפשי מות ישרים והיה אחריות כמות:  
NUM. XXIII. 10.

לא יהוה לך עוד השם ראו יומם ולנה הרוח  
לא יאור לך והיה לך יהוה לאור עולם ואלהיך  
להפארתק: לא יבוא וגוי ISA. LX. 19. 20.

ירון פרשן ביהק ונחלה עדנוך תשקבם:  
PSAL. XXXVI. 9.

מה וידות שכנותיך יהוה צבאות: נכספה  
וגם כלת נפשי להזכיר יהוה לבי ובשריו ורננו  
אל אל חי: PSAL. LXXXIV. 2. 3.

## III.

### III. *Punitio malorum.*

כִּי אֲשֶׁר קָרְחָה בַּאֲפִי וְתִקְרָעָה עַד שָׁאֵל הַחֲתִיתָה וְתַהֲכָלָה  
אָרֶץ וְכָלָה וְתַלְחָת מֹסְעֵי וְרוּם : אַסְפָה עַלְמָוֹת  
רְעוֹת חַצִּי אַכְלָה בָּם : DEUT. XXXII. 22. 23.

רְגָלִי חַסְדוֹ יִשְׁמַר וּרְשָׁעִים בַּחֲשֹׁךְ יִרְמֹמוּ

I. SAMU. II. 9.

כִּי עָרוֹךְ מְאַתְּמָול רְפַתָּה נִסְמָה הוּא לְמַלְךְ הָיָם  
הַעֲמֵיק הַרְחֵב מְרוֹתָה אָשׁ וּעֲצִים וּרְבָה נְשָׂמָת יְהוָה  
בְּנַחַל גְּפָרוֹת בְּעָרָה בְּרָה : ISAIÆ XXX. 33.

וַיָּצְאוּ וַיָּרְאֻוּ בְּפָגָרִי הָאָנָשִׁים הַפְּשָׁעִים כִּי חֹלוּתָם  
לֹא תָמֹת וְאַשְׁם לֹא הַכְּבָה וְהַזְוּ וְרָאוּן לְכָל בָּשָׂר :

ISA. LXVI. 24.

יִמְטֶר עַל רְשָׁעִים פְּחוּם אָשׁ וְגַפְרִיהָ וְרוֹחָ וְלַעֲפוֹתָה  
מִנְתָּה כּוֹסְמָה :

PSAL. XI. 6.

### IV. *Resurrectio mortuorum.*

חוּיו מִתְּזֵק נְכַלְתִּי יִקְוְמוּן הַקִּיצוּ וּרְנָנוּ שְׁכָנִי עַפְרָה  
כִּי פָל אָוְרָת טָלָךְ וְאָרֶץ רְפָאִים תְּפִילָה : לֹךְ עַמִּי בָּאָ  
בְּחַדְרֵיךְ וְסָגֵר וְלְתָהָר בְּעַדְךְ חֲבִיכְיָה כְּמַעַט רְגַע עַד יַעֲבֹר  
זָעַם : כִּי הַנְּהָה יְהוָה יִצְאָ מִמְּקוֹמוֹ לְפָקֵר עָזָן יִשְׁבֵּת הָאָרֶץ  
עַלְיוֹ וְגַלְתָּה הָאָרֶץ אֶת דְּמֵיהֶה וְלֹא תְכַסֵּה עוֹד עַל  
הַרְגוֹיָה :

ISA. XXVI. 19. 20. 21.

וְאַחֲרָ עָרוֹי נִקְפּוּ זָאָת וּמְבָשָׁרִי אַחֲרָ אֱלֹהִים :

JOB XIX. 26.

ורכבים מישני ארמת עפר וקייצו אלה לחיי עולם  
ואלה להרפות לדראון עולם: DANIEL XII. 2.

### V. Extremum *Judicium.*

כי הנה ויהו באש וביא וכסופה מרכבתו לחשיב  
בחמה אף גערתו בלהבי אש: כי באש ויהו נשפט  
ובחרבו ארץ כל' בשר ורכבו חללי יהוד: Isa. LXVI. 16.

יערו ויעלו הגוים אל עמק יחושפט כי שם אשכ  
לשפט את כל הגוים מסביב: JOEL IV. 12.

ברוך יתוה אלהינו מלך העולם:

